

0366-0399- SS Damasus I - Rescriptum ad Aurelium Carthaginensem

V630, f. 2vb; N442, f. 4vb; I83, f. 4ra; VD38, f. 4v; A367, f. 5rb; Bcan4, f. 19r

RESCRIPTUM BEATI PAPAE DAMASI <V630: f. 3ra> AURELIO ARCHIEPISCOPO DIRECTUM.

Reverentissimo¹ fratri et coepiscopo² Aurelio Damasus.

Scripta sanctitatis tuae debita veneratione suscepimus, in quibus sitire venerationem³ ac prudentiam tuam apostolica instituta, ut dignum⁴ erat, cognovimus.

Qua de re quaedam ex his, quae petisti⁵, misimus et quaedam adhuc, cum iterum miseris, mittere cupimus. Nullum tamen a beati Petri principis apostolorum fine praedecessorem nostrum praetermisimus, de quorum statutis aliquid tibi per Amonium presbyterum et Felicem diaconum <I83: 4rb> sub certis signaculis non mitteremus. Quae te et custodire optamus et aliis praedicanda ac⁶ publicanda mandamus, ut ab omnibus⁷ inviolate^{8 9} debita¹⁰ veneratione custodiantur et¹¹ inviolate¹² serventur atque ab omnibus futuris <A367, f. 5vb> temporibus diligenter venerentur¹³, quia violatores voluntarie canonum graviter a sanctis patribus iudicantur¹⁴ et a sancto spiritu, cuius instinctu ac dono dictati sunt, damnantur, quoniam blasphemare spiritum sanctum non incongrue videntur, qui¹⁵ contra eosdem sanctos canones non necessitate compulsi, sed libenter, ut praefixum est, aliquid aut proterve agunt aut loqui praesumunt aut facere volentibus sponte consentiunt. Talis enim praesumptio manifeste unum genus est blasphemantium spiritum sanctum, quoniam, ut iam praelibatum est, contra eum agit, cuius nisu et gratia idem sancti editi sunt canones. Diabolica vero nequitia plerosque subtiliter fallere¹⁶ solet, et ita quorundam imprudentiam per similitudinem pietatis saepissime illudit, ut pro salubribus¹⁷ nocitura persuadeat. <I83: f. 4v> Idcirco norma¹⁸ sanctorum canonum, qui sunt spiritu dei conditi et totius mundi reverentia consecrati, fideliter a nobis est scienda et diligenter tractanda, ne quoquo¹⁹ modo sanctorum patrum statuta absque inevitabili necessitate, quod²⁰ absit, transgrediamur, sed fidelissime per ea gradientes cum eis, qui eos instinctu condiderunt divino²¹, mercedis gloriam et laboris cumulum eorum meritis auxiliante domino habere mereamur. <N442: 5ra> His itaque rite deliberatis et ad ecclesiarum vestrarum notitiam nostra deliberatione perlatis, parere vos eorundem sanctorum canonum regulis summopere convenit, ne in aliquo eis obviare quorundam ignavia faciat, sed vestra sapiens et sana doctrina, quae cupit vos per omnia placere deo, illis coheredes et comparticipes caelestis regni in sedibus fideles cooperatores ostendat. Data sextodecimo Kal²². Iunii, Gratiano et Siricio, vv. cc. cons. EXPLICIT²³

V630, f. 3rb; N442, f. 5ra; I83, f. 4va; VD38, f. 4v (s. Note 21); A367, f. 5va; Bcan4, f. 19r

¹ Reverentissimo] II Reverentissimo *Bcan4*

² quoepiscopo *Bcan4*

³ veneratione *Bcan4*

⁴ dignum erat] dinumerat *A367*

⁵ petisti *interlinear wiederholt V630*

⁶ ac publicanda *fehlt V630*

⁷ omnibus inviolate] omnibus *korr. aus omnibus inviolate V630*

⁸ inviolata *A367*

⁹ inviolate debita veneratione custodiantur *korr. aus inviolate Bcan4*

¹⁰ debita veneratione custodiantur et inviolate *fehlt I83*

¹¹ et inviolate *fehlt Bcan4*

¹² inviolata *A367*; inviolate *fehlt Bcan4*

¹³ diligenter venerentur] diligentur venerent *V630*

¹⁴ iudicantur et a sancto spiritu cuius instinctu ac dono dictati sunt damnantur *korr. aus iudicantur V630*

¹⁵ quia *I83*

¹⁶ fallere *korr. aus falli V630; Bcan4; falli N442; I83*

¹⁷ salubribus *korr. aus salubris V630*

18 *am Rande* nom *Bcan4*

19 *quoquo modo]* *quomodo* *VD38; Bcan4*

20 *quod korr. aus* *quod quot* *V630*

21 *divino* - EXPLICIT *fehlt VD38 (Blattverlust)*

22 *Id. V630*

23 EXPLICIT *fehlt N442*

Ordo de Celebrando Concilio

V630, f. 3rb; N442, f. 5ra; I83, f. 4va; VD38, f. 5r; A367, f. 5va; Bcan4, f. 19r

INCIPI^{1 2 3} ORDO DE CELEBRANDO CONCILIO.

<I83, f. 4vb> Hora diei prima ante solis ortum eiciantur omnes ab ecclesia, obseratisque foribus cunctis ad unam ianuam, per quam sacerdotes ingredi oportet⁴, ostiarii stabunt⁵. Et convenientes omnes episcopi pariter introibunt⁶ et secundum ordinationis suae tempus residebunt⁷. Post ingressum⁸ omnium episcoporum atque consessum⁹ vocentur¹⁰ deinde presbyteri, <Bcan4, f. 19v> quos causa probaverit introire. Nullusque¹¹ se inter eos ingerat diaconorum. Post hos ingrediantur¹² diacones¹³ probabiles, quos ordo poposcerit interesse. Et corona facta de sedibus episcoporum, presbyteri a tergo eorum resideant¹⁴, quos tamen sessuros secum metropolitanus elegerit, <A367, f. 5vb> qui utique et cum eo iudicare aliquid¹⁵ et definire possint. Diacones¹⁶ in conspectu episcoporum stent¹⁷. Deinde ingrediantur¹⁸ laici, qui electione concilii¹⁹ interesse meruerint²⁰. Ingreantur²¹ quoque²² notarii, quos ad recitandum vel excipiendum ordo requirit.

Obseratisque²³ ianuis, et²⁴ sedentes²⁵ in diuturno silentio sacerdotes atque²⁶ cor totum habentes²⁷ ad deum, <I83, f. 5ra> dicturus²⁸ est archidiaconus²⁹: Orate, statimque omnes in terram³⁰ prostrabuntur³¹ tam episcopi quam presbyteri³² et orantes diutius tacite cum fletibus atque gemitibus, unus ex episcopis senioribus surgens orationem palam³³ fundet³⁴ ad dominum³⁵, cunctis adhuc in terra iacentibus, dicens³⁶ hanc orationem³⁷:

Adsumus, domine³⁸ sancte spiritus³⁹, adsumus⁴⁰ peccati quidem immanitate detenti, sed in nomine tuo specialiter aggregati. Veni ad nos et esto⁴¹ nobis⁴², et dignare illabi⁴³ cordibus nostris. Doce nos, quid agamus; quo gradiamur et⁴⁴ ostende; quid efficere⁴⁵ debeamus, ut te auxiliante tibi in omnibus placere valeamus. Esto salus⁴⁶ et suggestor⁴⁷ et effector iudiciorum nostrorum, qui solus cum deo patre et eius filio nomen possides gloriosum. Non nos patiaris perturbatores esse iustitiae, qui⁴⁸ summam⁴⁹ diligis aequitatem, ut in sinistram nos non ignorantia trahat, non favor inflectat, non ac<N442, f. 5rb>ceptio muneris vel personae corrumpat; sed iunge nos tibi efficaciter solius tuae <I83, f. 5rb> gratiae dono, ut simus in te unum et in nullo⁵⁰ deviemur⁵¹ a vero, qualiter in nomine tuo collecti, sic in cunctis teneamus cum moderamine pietatis iustitiam, ut et hic a te in nullo⁵² dissentiat sententia nostra et in futuro pro bene gestis consequamur praemia⁵³ sempiterna.

In qua^{54 55} oratio paterna non dicatur⁵⁶ nec benedictio, <V630, f. 3va> sed ipsa solummodo oratio confirmetur^{57 58}.

Finita autem oratione et responso ab omnibus: Amen, rursum dicat⁵⁹ archidiaconus⁶⁰: Erigite vos. Confestim omnes surgant, et cum omni timore dei et disciplina tam episcopi quam presbyteri⁶¹ sedeant.

Sicque omnibus in suis locis in silentio consedentibus, diaconus alba indutus codicem canonum⁶² in medio proferens capitula de conciliis agendis pronuntiet:

id est de⁶³ concilio Toletano IIII⁶⁴ era^{65 66} XVIII, item ex concilio Toletano IIII⁶⁷ era III⁶⁸,

item ex capitulis orientali⁶⁹ patrum, quae Martinus episcopus de graeco in latinum vertit, era⁶⁹ XVIII De synodo facienda,

item ex concilio Calcidonense⁷⁰ era XVIII^{71 72},

item ex concilio Agatense era⁷³ XXXV⁷⁴,

vel aliud <I83, f. 5va> de canonibus, quod metropolitano aptius visum fuerit, ut legatur.

Finitisque⁷⁵ titulis metropolitanus episcopus concilium alloquatur⁷⁶ exhortatione⁷⁷ ita dicens⁷⁸:

Ecce, sanctissimi⁷⁹ sacerdotes, praemissis deo precibus fraternitatem vestram cum pia exhortatione⁸⁰ convenio et per divinum nomen obtestor, ut ea, quae a nobis de deo et⁸¹, de sacris ordinibus vel sanctis⁸² moribus vobis⁸³ fuerint dicta, cum omni pietate⁸⁴ suscipiatis et cum summa reverentia perficere intendatis. Quod si forsitan aliquis nostrum⁸⁵ aliter, quam dicta fuerint⁸⁶, senserit, sine aliquo scrupulo contentionis in nostrorum⁸⁷ omnium copulatione⁸⁸ ea ipsa, de <N442, f. 5va> quibus dubitaverit, conferenda reducat, qualiter deo auxiliante⁸⁹ aut doceri possit aut doceat. Deinde simili vos obtestatione coniuro⁹⁰ vel⁹¹ obsecro, ut nullus <Bcan4, f. 20> vestrum in iudicando aut personam accipiat aut quolibet favore vel munere pulsatus a iusto⁹² iudicio scienter avertatur aut discedat, sed cum tota⁹³ pietate, quicquid coetui⁹⁴ nostro se iudicandum intulerit, retractate, <I83, f. 5vb> ut nec discordans contentio ad subversionem iustitiae inter nos locum inveniat nec⁹⁵ idem⁹⁶ in perquirenda, aequitate <VD38, f. 5r> vigor⁹⁷ nostri⁹⁸ ordinis vel sollicitudo tepescat.

Post hanc exhortationem introibunt⁹⁹ omnes, quicumque fuerint¹⁰⁰, presbyteri¹⁰¹, diacones¹⁰² vel religiosi universi ad audiendam doctrinam. Sicque archidiaconus lecturus est canonem Toletani concilii undecimi¹⁰³ era prima: Ne tumultu concilium agitetur. Quo¹⁰⁴ canone perlecto concilium¹⁰⁵ Ephesinum¹⁰⁶ ex ordine perlegatur.

Deinde collatio pariter et instructio de mysterio¹⁰⁷ sanctae trinitatis habeatur simulque et de officiorum¹⁰⁸ ordinibus, si in omnium sedibus eiusdem celebritatis unitas teneatur.

Pro his quoque causis, prout spatium diei permiserit¹⁰⁹, et epistolae papae Leonis ad Flavianum episcopum de erroribus Euticetis et mys<V630, f. 3vb> terio¹¹⁰ trinitatis legendae sunt, canones quoque¹¹¹ de unitate officiorum. Nec¹¹² ad¹¹³ aliud aliquid ante¹¹⁴ transeatur¹¹⁵, quam ista omnia explicentur, ita tamen, ut in <I83, f. 6ra> totos¹¹⁶ ¹¹⁷ tres dies letaniarum¹¹⁸ nihil aliud agatur nec retractetur¹¹⁹, nisi sola collatio <A367, f. 6rb> de mysterio sanctae trinitatis et¹²⁰ de ordinibus sacris vel officiorum institutis, ita, ut haec tota¹²¹ partiantur per totos¹²² illos tres dies, ut nihil aliud sit¹²³, ut¹²⁴ dictum est, nisi sola quaestio de his, quae praedicta sunt, habeatur, ita, ut lectio semper congruens¹²⁵ causae¹²⁶ ordinis, quae quaerenda est, antecedit.

Post haec in quarto die reliquae per ordinem admittendae sunt. Sicque omnes, qui de religiosis in retroactis diebus pro spiritali instructione interfuerant¹²⁷ in concilio, foris¹²⁸ egrediantur, residentibus aliquibus presbyteris in concilio, quos metropolitanus probaverit honorandos.

Per singulos tamen illos tres dies letaniarum¹²⁹ episcopi vel presbyteri cum admonitore primum orationibus se¹³⁰ prosternant. Sicque¹³¹ collecta a metropolitano oratione consurgant¹³² et de divinis tantum, ut dictum est, rebus consolationem¹³³ habeant¹³⁴. In reliquis autem¹³⁵ diebus <I83, f. 6rb> cunctis adstantibus oratio colligenda est et sic consedentes causarum negotia iuste¹³⁶ et religiose colligant¹³⁷.

Nullus tamen tumultus aut inter consedentes¹³⁸ aut inter adstantes habeatur¹³⁹.

Eodem tamen modo eodemque ordine ad concilium omnes per singulos dies ingrediantur, quo superius iam praemissum est.

<N442, f. 5vb> Nam et si presbyteri¹⁴⁰ reliqui aut diacones¹⁴¹, clerici¹⁴² ¹⁴³ sive¹⁴⁴ laici de his, qui foris steterint, concilium¹⁴⁵ pro qualibet re crediderint¹⁴⁶ appellandum, ecclesiae metropolitanae <VD38, f. 5v> archidiacono causam suam intiment¹⁴⁷, et ille concilio denuntiet. Tunc illis et introeundi singillatim¹⁴⁸ et¹⁴⁹ proponendi licentia concedatur.

Nullus autem episcoporum a coetu communi secedat, antequam hora generalis secessionis adveniat.

Concilium quoque nullus solvere audeat, nisi¹⁵⁰ fuerint cuncta determinata, ita¹⁵¹ ut, quaecumque¹⁵² deliberatione¹⁵³ communi finiuntur, episcoporum¹⁵⁴ singulorum manibus subscribantur, ita tamen, ut ante duos <I83, f. 6va> aut tres dies, quam solvatur concilium, omnes constitutiones a se editas diligenti consideratione retractent, ne in aliquo offendissent.

Item in die, quo concilium absolvendum est, canones, qui in sancta synodo constituti sunt, coram ecclesia in publico relegantur¹⁵⁵. Quibus explicitis respondeatur¹⁵⁶ in choro: Amen. Deinde <V630, f. 4ra> ad locum <Bcan4, f. 20v> redeuntes, ubi in concilio resederunt, canones ipsos¹⁵⁷ subscribant¹⁵⁸.

Admonendi quoque a metro<A367, f. 6va>politano sunt de pascha venturo, quo veniat die.

Admonendi etiam sunt, quo tempore supervenienti anno ad faciendum concilium veniant.

Eligendi etiam de episcopis, qui cum metropolitano dies festos¹⁵⁹ natalis domini et sanctum pascha debeant celebrare.

Post haec dicente archidiacono: Orate, omnes simul in terra pariter se¹⁶⁰ prosternant, ubi diutissime orantes, hanc unus ex maioribus orationem dicat¹⁶¹:

ORATIO¹⁶²

Nulla est, domine, humanae conscientiae virtus, quae inoffense possit tuae voluntatis iudicia expedire¹⁶³, et ideo, quia imperfectum nostrum viderunt oculi tui, perfectioni deputa, quaesumus, <I83, f. 6vb> quod¹⁶⁴ perfectio¹⁶⁵ aequitatis fine concludere praeoptamus. Te in nostris principiis occurrentem¹⁶⁶ poposcimus, te quoque in hoc fine iudiciorum nostrorum excessibus adesse¹⁶⁷ precamur, scilicet ut ignorantiae parcas, ut errori indulgeas, ut perfectis votis perfectam operis efficaciam largiaris et, quia¹⁶⁸ conscientia remordente tabescimus, ne aut ignorantia nos¹⁶⁹ traxerit in errorem aut praecipit¹⁷⁰ forsitan voluntas impulerit iustitiam declinare. Ob hoc te poscimus, te rogamus, ut, si quid offensionis in hac concilii celebritate attraximus, condonare¹⁷¹ ac remissibile facere¹⁷² digneris, ut in eo, quod solitari¹⁷³ sumus aggregatum concilium, a cunctis primum absolvamur nostrorum nexibus delictorum, qualiter et transgressores¹⁷⁴ venia et confitentes tibi subsequatur <VD38, f. 6r> remuneratio sempiterna¹⁷⁵.

Huic orationi oratio paterna adiungatur¹⁷⁶, et cunctis adhuc iacentibus haec benedictio explicetur.

BENEDICTIO

Christus dei filius, qui¹⁷⁷ est initium et finis, complementum vobis tribuat <N442, f. 6ra> caritatis. Amen¹⁷⁸. Et qui vos ad expletum<I83, f. 7ra>nem huius fecit pervenire concilii, absolutos vos efficiat ab omni contagione delicti. Amen¹⁷⁹. Ut ab omni reatu¹⁸⁰ liberiores effecti¹⁸¹, absoluti etiam per donum spiritus¹⁸² sancti, felici reditu vestrarum sedium cubilia repetatis illaesi. Amen¹⁸³. Quod ipse prestare dignetur¹⁸⁴ et¹⁸⁵ reliqua.

Quibus expletis, dum dictum fuerit ab archidiacono: In nomine domini nostri Iesu Christi eamus cum pace, omnes ilico pariter exsurgentes residente metropolitano, ab ipso primum incipiente¹⁸⁶, osculum sibi invicem omnes pariter dabunt. Sicque data sibi invicem pace, <V630, f. 4rb> <A367, f. 6vb> conventus concilii absolvatur¹⁸⁷.

ORATIO¹⁸⁸ DIEI SECUNDI

Nostrorum¹⁸⁹ tibi, domine, curvantes genua cordium, quaesumus, ut bonum, quod nobis a te requiritur¹⁹⁰, exsequamur¹⁹¹, scilicet ut prompta¹⁹² tecum sollicitudine gradientes discretionis arduae¹⁹³ subtile iudicium faciamus ac misericordiam diligentes clareamus studiis tibi placitae actionis.

ITEM¹⁹⁴ ORATIO DIEI TERTII

Ad te, domine, interni clamoris¹⁹⁵ vocibus <I83, f. 7rb> proclamantes unanimiter postulamus, ut respectu tuae gratiae solidati praecones virtutis¹⁹⁶ efficiamur intrepidi tuumque valeamus verbum cum omni fiducia loqui.

EXPLICIT¹⁹⁷.

V630, f. 4rb; N442, f. 6ra; I83, f. 7rb; VD38, f. 5r; A367, f. 6ra; Bcan4, f. 20v

1 INCIPIT *fehlt Bcan4*

2 IN - perquirenda aequitate *fehlt VD38 (Blattverlust)*

3 INCIPIT] IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI INCIPIT *V630*

4 oportet *korr. aus* opor *Bcan4*

5 stabunt *korr. aus* stabant *V630*; stent *N442*

6 introeant *N442*

7 resideant *N442*

8 ingressum] ingressum quoque *N442*

9 consensum *korr. aus* consessum *Bcan4*

10 vocantur *Ordo 2*

11 Nullus *Ordo 2*

12 ingredieantur *I83*

13 diaconi *N442*

14 residebunt *Ordo 2*

15 aliquid et definire] vel definire aliquid *Ordo 2*

16 Diacones] Diaconi vero *N442*

17 stabunt *Ordo 2*

18 ingrediuntur *Ordo 2*

19 coniugali *I83; N442; A367; Bcan4*

20 meruerint *korr. aus* meruerunt *Bcan4*

21 Ingrediuntur *Ordo 2*

22 quoque] quoque et *N442*

23 Obseratisque ianuis] Et obserabuntur ianuae *Ordo 2*; Et obserentur ianuae *N442*

24 et sedentes] sedentesque *V630; N442; I83*

25 sedentibus *Bcan4*

26 et *Ordo 2*

27 habentibus *Bcan4*

28 dicturus est] dicat *N442*

29 archidiconus *I83*

30 terra *I83; Bcan4; Ordo 2*

31 prosternantur *N442*

32 presbyteres *Ordo 2*

33 pala *I83*

- [34](#) fundat *V630*
- [35](#) deum *I83; A367; Bcan4*
- [36](#) dicens hanc orationem] ORATIO DIEI PRIMI OREMUS *N442*
- [37](#) orationem OR. *korr. aus orationem I83*
- [38](#) domine *fehlt Ordo 2*
- [39](#) pater *V630*
- [40](#) adsumus *fehlt A367*
- [41](#) et esto] adesto *Ordo 2*
- [42](#) nobiscum *Bcan4*
- [43](#) illabi] illabi in *N442; Bcan4*
- [44](#) et *fehlt Ordo 2*
- [45](#) efficere debeamus ut te auxiliante tibi in omnibus placere valeamus] efficiamus operare *Ordo 2*
- [46](#) solus *Ordo 2*
- [47](#) suggestor *Ordo 2*
- [48](#) qui *korr. aus qua V630*
- [49](#) summe *Ordo 2*
- [50](#) nullo *korr. aus ullo Bcan4*
- [51](#) deviemus *korr. aus deviemur V630; deviemus Ordo 2*
- [52](#) ullo *Bcan4*
- [53](#) praemia *fehlt I83*
- [54](#) quae *N442*
- [55](#) qua] qua oratione *Ordo 2*
- [56](#) dicitur *Ordo 2*
- [57](#) confirmetur *Bcan4; confirmatur Ordo 2*
- [58](#) *In N442 folgen hier die Orationes diei secundi und tertii, die in den übrigen Handschriften am Schluss des Ordo überliefert sind.*
- [59](#) dicit *Ordo 2*
- [60](#) archidiaconus *korr. aus diaconus I83*
- [61](#) presbyteres *Ordo 2*
- [62](#) canonum *fehlt V630*
- [63](#) ex *Ordo 2*
- [64](#) III *Ordo 2*
- [65](#) *interlinear* cap. XVIII *A367*
- [66](#) *am Rande* quod est capitulum sive numerus *Bcan4*
- [67](#) quinto *N442*
- [68](#) secunda *N442*
- [69](#) *interlinear* capt. XVIII *A367*
- [70](#) calcedonensi *korr. aus calcedonense Bcan4*
- [71](#) *interlinear* capt. XVIII *A367*
- [72](#) XVIII *V630*
- [73](#) *interlinear* capt. *A367*
- [74](#) XXV *V630*
- [75](#) Fintisque] Finitis autem *N442*
- [76](#) alloquitur *Ordo 2*
- [77](#) exhortationem *I83; Bcan4*
- [78](#) dicens] dicens ALLOQUUTIO METROPOLITANI EPISCOPI *N442*
- [79](#) sanctissimi *korr. aus sanctissimis Bcan4*

[80](#) exoratione *V630*
[81](#) et *fehlt Ordo 2*
[82](#) vestrīs *Ordo 2*
[83](#) vobis *fehlt I83*; vel *Bcan4*
[84](#) potestate *I83*
[85](#) vestrum *korr. aus nostrum V630*; vestrum *Ordo 2*
[86](#) fuerint] fuerint se *Bcan4*
[87](#) nostrum *Ordo 2*
[88](#) copulationem *Ordo 2*
[89](#) mediante *Ordo 2*
[90](#) obsecro *V630*; coniuro] coniuro vel obsecro *N442*; *I83*
[91](#) vel obsecro *fehlt Ordo 2*
[92](#) iusto iudicio scienter avertatur aut] veritate *Ordo 2*
[93](#) tanta *Ordo 2*
[94](#) coetui *korr. aus coetu Bcan4*
[95](#) ec *korr. aus nec N442*
[96](#) item *Ordo 2*
[97](#) vigor] *VD38 setzt ein*
[98](#) vestri *Bcan4*
[99](#) introeant *N442*
[100](#) fuerit *Bcan4*
[101](#) presbyteres *Ordo 2*
[102](#) diaconi *N442*
[103](#) undecima *VD38*
[104](#) Quo *korr. aus Qo A367*
[105](#) consilium *VD38*
[106](#) ephesinum *korr. aus ephesianum Bcan4*
[107](#) ministerio *Bcan4*
[108](#) officiorum ordinibus] ordinibus officiorum *Ordo 2*
[109](#) permiserit] permiserit sed *N442*
[110](#) mysterio] mysterio sanctę *Bcan4*
[111](#) quoque] quoque etiam *N442*
[112](#) Nec ad *korr. aus Nec N442*
[113](#) ad *fehlt V630*
[114](#) antea *V630*
[115](#) transibitur *Ordo 2*
[116](#) toto *korr. aus totos Bcan4*
[117](#) totos tres dies] totis tribus diebus *Ordo 2*
[118](#) laetaniorum *V630*; *N442*; *I83*; *Bcan4*
[119](#) retractetur *korr. aus tractetur V630*
[120](#) et de *korr. aus et V630*
[121](#) omnia *N442*
[122](#) totos illos] prefatos *N442*
[123](#) sit *fehlt N442*
[124](#) quod *A367*
[125](#) congruentis *VD38*; congruentis *korr. aus congruens Bcan4*

[126](#) causae ordinis et quae] causae ordinis quae *Ordo 2*; ordinis et causa quae *I83; VD38; Bcan4*; ordinis et causae quae *fehlt N442 (Lücke von ca. 20 Buchstaben)*; ordinis et causa quae *korr. aus ordinis et causa A367*

[127](#) interfuerunt *korr. aus interfuerant A367*

[128](#) foras *N442; VD38; Bcan4*

[129](#) laetaniarum *V630; N442; I83; letaniarum korr. aus letaniorum Bcan4*

[130](#) se prosternant] prostrabuntur *Ordo 2*

[131](#) Sicque *korr. aus Sic Bcan4*

[132](#) consurgunt *Ordo 2*

[133](#) collationem *N442; Ordo 2*; consultationem *A367*

[134](#) habebunt *Ordo 2*

[135](#) tamen *Ordo 2*

[136](#) iuste et religiose *fehlt Ordo 2*

[137](#) cogitant *I83*; cogitent *VD38; A367*; tractanda *N442*; cogitaent *korr. aus cogitant Bcan4*

[138](#) consistentes *V630; I83; VD38*

[139](#) habebitur *Ordo 2*

[140](#) presbyteres *Ordo 2*

[141](#) diaconi *V630; N442*

[142](#) cleric]i cleric]i etiam *N442*

[143](#) cleric]i sive laici] cleric]us sive laicus *Ordo 2*

[144](#) vel *A367*

[145](#) concilium pro qualibet re crediderint appellandum] appellandum pro qualibet re crediderint concilium *N442*

[146](#) crediderint *I83*

[147](#) intimet *N442*

[148](#) singillatim *fehlt Ordo 2*

[149](#) et *fehlt N442*

[150](#) ni *I83*

[151](#) ita ut *korr. aus ita V630*

[152](#) quecumque *korr. aus queque I83*

[153](#) liberatione *N442; I83; VD38; Bcan4*

[154](#) episcoporum singulorum] singulorum episcoporum *N442*

[155](#) relegendur *Ordo 2*

[156](#) respondetur *Ordo 2*

[157](#) ipsas *Bcan4*

[158](#) subscribant] subscripturi sunt *Ordo 2*

[159](#) festas *A367*

[160](#) se prosternant] prostrabuntur *Ordo 2*

[161](#) dicat] dicturus est *Ordo 2*

[162](#) ORATIO] ORATIO IN SOLUTIONE CONCILII *N442*

[163](#) *interlinear* explicare manifestare *VD38*

[164](#) quae *V630; N442; I83; VD38; Bcan4*

[165](#) perfecto *korr. aus perfectio V630*

[166](#) occurrurum *Ordo 2*

[167](#) adesse precamur] indultorem speramus *Ordo 2*

[168](#) qui *I83*

[169](#) nostra *VD38*

[170](#) preces *Bcan4*

[171](#) condonare ac] te condonnte *Ordo 2*

- [172](#) facere digneris] habeamus *Ordo 2*
- [173](#) soluturi *Bcan4*
- [174](#) transgressores venia et confitentis] transgressoribus venia et confitentibus *N442*
- [175](#) sempiterna] sempiterna per *N442*
- [176](#) adiungatur *korr. aus* adiungitur *V630*; adiungatur *Ordo 2*
- [177](#) qui est *korr. aus* quem *Bcan4*
- [178](#) Amen *fehlt Ordo 2*
- [179](#) Amen *fehlt Ordo 2*
- [180](#) reatu *korr. aus* reati *N442*
- [181](#) effectum *VD38*
- [182](#) spiritu *I83*
- [183](#) Amen Quod ipse prestare dignetur et reliqua *fehlt Ordo 2*
- [184](#) dignatur *V630*
- [185](#) et reliqua] cuius regnum et imperium sine fine permanet in saecula saeculorum. AMEN Benedictio dei patris et filii et spiritus sancti descendat super vos AMEN *N442*
- [186](#) incipientes *Ordo 2*
- [187](#) absolvetur *Ordo 2*; absolvatur EXPLICIT ORDO DE CELEBRANDO CONCILIO *N442*
- [188](#) ORATIO DIEI SECUNDI] Item oratio, quae in secundo die in inchoatione concilii dicatur *Ordo 2*; *A367*
- [189](#) Nostrorum] OREMUS Nostrorum *N442*
- [190](#) requiritur *Bcan4*
- [191](#) *interlinear* perficiamus *VD38*
- [192](#) *interlinear* devota *VD38*
- [193](#) *interlinear* magne *VD38*
- [194](#) ITEM *fehlt Bcan4*
- [195](#) clamoribus *VD38*
- [196](#) virtutes *I83*; *Bcan4*
- [197](#) EXPLICIT] EXPLICIT ORATIO *I83*; EXPLICIT *fehlt N442*

